

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[Hieronymus Evagrio]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Cyprianus
Hilarius
Iuuenius

C tamen nō deest eruditionis uoluntas. Cyprianus qđ idola dñi non sint, qua breuitate, qua historiarū omniū scientia, quorū uerborū & sensuū splendore perstrinxit. Hilarius meorū confessor tēporē & episcopus, duodecim Quintiliani libros & stilo imitatus est, & numero: breuiq; libello quē scripsit cōtra Dioscorū medicum, quid in litteris possit ostendit. Iuuenius presbyter, sub Cōstantino, historiā dñi saluatoris uersibus explicauit: nec pertimuit euangelij maiestatem, sub metri leges mittere. De ceteris uel mortuis, uel uiuētibus taceo: quorū in scriptis suis & uires manifestae sunt & uoluntas. Nec statim praua opinione fallaris contra gentes hoc esse licitum, in alijs disputationibus dissimulandū: quia omnes pene omnium libri, exceptis his qui cū Epicuro litteras nō didicerūt, eruditionis doctrinaq; plenissimi sunt. Quāq; ego illud magis reor, quod dictanti uenit in mentē, non te ignorare quod semp a doctis uiris usurpatum est: sed per te mihi proponi ab alio quāstionē, qui forte propter amorem historiarum Salustij, Calphurnius cognomento Ianarius sit. Cui quāso ut suadeas, ne uescentiū dentibus edentulus inuideat: & oculos caprearum, talpa contemnat. Diues (ut cernis) ad disputandum materia, sed iam epistolae angustia finienda est.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Misso Volcatio euolueres.) Volcatius cōmentaria scripsit in Ciceronem, ut testat Seneca. Pro Volcatio quidā inepti supposuerāt supcilio. O audaciā, statim mutare, quod nō intelligas. **Dialecticorū.** Ad hos refert uersutias argutiarum, propter elenchos. **Ad Titū.** *κρίτες δὲ γὰρ καὶ ἀκαὶ θηρία γαστέρας ἀγχοῖ,* id est, Cretenses semper mendaces, mala bestia, uentres inertes, *θηρία* proprie bestiam significat noxiam, ut uiperam, crocodilum. Et ipsos uētres uocat, hoies uentri deditos. Hic uersus celebris factus est syllogismo qui uocat, *ψευδόμενος*, id est mentiens, hūc em̄ in exemplū adducit. **Ponit senariū.** Nā est iābicus trimeter, *φθείρουσι γὰρ ἦδη χερσὶ τομίαι κακαί,* id est, Mores p̄bos, colloquia corrūpūt mala. **Qđ Grace dicit** *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἑσμέν.* Id est, Hui⁹ em̄ & genus sum⁹: est hemistichijū Arati in Phanomenis, quod opus adhuc extat. **Inscriptionem fortuitā.** Quia inuenerat Athenis, aram inscriptam ignoto deo. Est aut maxime rhetoricū cum id quod suademus ut fiat, iam factū esse dicamus. Suadeo ut colatis deū, quē iam colitis, sed ignotū. Itē de Leone narrat Philostratus, cū prodisset ad populum suafurus concordia, statimq; populus risisset obesum, ut erat. Ridetis inquit: Est mihi uxor me crassior, tamen unus lectulus capit cōcordes: discordes ne tora quidē domus. Atq; ita fortuitū risum uertit in argumentū suadendae cōcordiae. **Et mixtus.** Graeci misceri pro coire dicūt, quod & hic significat. **Vernaculos.** Vernas uernaculos uocat. Verna seruus est domi tuae natus: quod genus seruorū si millimū erat liberis. **Cōtumelijs p̄fossus.** Quid est cōtumelijs p̄fossus, an magnū si quis illi beluā, maledixerit: Legendū igit, conto p̄fossus: sic em̄ scribit Orosius, dum post sceleratissimū uotū, quo monachos & episcopos oēs incendio destinaret, ab obuio quodā equite conto ictus interijt. **Vel alterum uel secundū Iudaū.** Codices dissident. Legendū censeo, uel alterū, uel Iudaū Platonē. **Critici.** Critici uocabant censores alienorū operum, a *κρίνω* iudico. **ὑποτύπωσις.** In quibusdā libris additū est, id est, dispositionū: opinor legendū expositionū. Nam *ὑποτύπωσις* est, cū res explicat & oculis proponit. **In eis ἐπιτομή.** Id est compendiū siue abbreviationē. **Calphurnius.** Sapius inculcat hunc Calphurniū Salustianū, nec adhuc liquet quisnam sit: nisi quod a calidis furnis & Ianionibus dicta uidentur cognomina, ut luxuriosum intelligas simul & ferocem ac tyrannicū. Ruffinum em̄ opinor notat.

ARGUMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Refellit eorum errorem qui diaconum presbytero aequabant: ostendens quid sit discriminis inter episcopum, sacerdotem, presbyterum & diaconum.

HIERONYMVS EVAGRIO.

Legimus in Esaia: Fatuus fatua loquetur. Audio quendā in tantā erupisse uecordia: ut diaconos presbyteris, id est episcopis anteferreret. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros quos episcopos: quid patitur mensarum & uiduarū minister: ut supra eos se tumidus efferat: ad quā preces, Christi corpus sanguisq; cōficitur? Quæris autoritatē? Audi testimoniū. Paulus & Timotheus serui Christi Iesu, oibus sanctis in Christo Iesu, q sunt Philippis, cū episcopis & diaconis. Vis & aliud exemplū? In actibus apostolorū, ad unius ecclesiae sacerdotes, ita Paulus loquit: Attendite uobis & cuncto gregi: in quo uos spūs sanctus posuit episcopos: ut regeretis ecclesiā dñi, quā acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis cōtentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat: audi & aliud testimoniū, in quo manifestissime cōprobat eundē esse episcopū atq; presbyterē. Propter hoc reliqui te in Creta: ut quæ deerant corrigeres: & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mandauī.

Si q̄s

Docet olim eosdem fuisse
presbyteros quos Ep̄os

A Si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles: non in accusatiōe luxuriæ, aut nō subditos. Oportet em̄ episcopū sine crimine esse, quasi dei dispensatorē. Et ad Timotheū: Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ tibi data est pphetiæ, p impositionē manuū presbyterij. Sed & Petrus in prima epistola: Presbyteros (inquit) in uobis precor compresbyter, & testis passionum Christi: & futuræ gloriæ quæ reuelanda est, particeps, regere gregē Christi, & inspicere non ex necessitate, sed uoluntarie iuxta deum. Quod quidem Græce significantius dicitur ἐπισκοπεῖν, id est, super intendentes; unde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum uirorum testimonia: Clangat tuba euangelica, filius tonitruī, quē Iesus amauit plurimum: qui de pectore saluatoris, doctrinarum fluēta potauit. Presbyter, electæ dñæ & filijs eius: quos ego diligo in ueritate. Et in alia epistola. Presbyter, Caio charissimo, quē ego diligo in ueritate. Quod aut̄ postea unus electus est, qui cæteris præponeretur: in schismatis remediū factū est: ne unusquisq; ad se trahens Christi ecclesiam rumpere. Nam & Alexandria a Marco euāgelista usq; ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat: aut diaconi eligant de se, quem industriū nouerint, & archidiaconum uocent. Quid em̄ facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis ecclesia: altera totius orbis existimanda est. Et Gallia, & Britannia, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant: unam obseruant regulam ueritatis. Si authoritas quæritur: orbis maior est urbe. Vbiq; fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegiij, siue Alexandria, siue Tanis: eiusdē meriti, eiusdē est & sacerdotij. Potentia diuitiarum & paupertatis humilitas, uel sublimiorem, uel inferiorem episcopum facit. Cæterum omnes apostolorū successores sunt. Sed dicis, quomodo Romæ ad testimoniū diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges ecclesiæ, uindicas? Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiam in ecclesia Romæ, presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbrescentibus uitijs, inter presbyteros absente episcopo sedere diaconū uiderim: & in domesticis conuiuijs, benedictiones presbyteris dare. Discant qui hoc faciunt, nō se recte facere: & audiant apostolos. Non est dignum, ut relinquentes uerbū dei, ministremus mēsis. Sciant quare diaconi constituti sint. Legant acta apostolorum, recordentur conditionis suæ. Presbyter & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor diacono cōprobetur: in quē crescit ex paruō: aut si ex diacono ordinatur presbyter: nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiore. Et ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri testamento: quod Aaron & filij eius atq; leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi episcopi & presbyteri & diaconi uendicent in ecclesia.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

a Legimus in Esaia. Nempe capite trigesimo secundo: Fatuus em̄ fatua loqueſ, & cor eius uana intelliget. Eandem sententiam, totidem uerbis extulit Euripides, μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει, id est, stultus enim stulta loquitur. **b** Quid patitur. Græcam loquendi figuram, haud scio an imprudens expressit Hieronymus τὴν ἐπαθεῖν, id est quid illi accidit: ita loquimur, cū rem nouam & absurdam significamus. **c** Et uiduarum minister. Locus est in actis apostolorū capite sexto, de creatis septē diaconis, qui, quo quietiores essent apostoli, mensæ ministrauerunt, unde διάκονος Græce minister appellat. Verū hic locus mihi uidet̄ nō uacare mendo, quāq; consentientibus exemplaribus, nolui mutare scripturā, nec em̄ legim⁹ diaconos ministras se uiduis magis q̄ cæteris Christianis. Fortasse legendū, mēsarū minister, & uiduarū successor, aut tale q̄piam. Siquidem hinc orta fuit diaconorum institutio, quod crescente discipulorū multitudine, natum sit murmur Græcorū aduersus Hebræos, quod illorum uiduæ despicerentur in quotidiano ministerio, cum apostoli suas quasdā circūducerent, ut indicat & Paulus in priore epistola ad Corinthios cap. nono. Nūquid nō habemus potestātē circūducendi sororem mulierculam, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini & Cephas? Atq; ob hanc causam, exclusis ut apparet a ministerio uiduis, ordinati sunt diaconi. **d** Et inspicere, non

Ep̄s nonn̄ unde tractū

Quo tpe. aut r̄m̄ in re,
perim̄ p̄sbyteri vnu ex
se eligere in Ep̄scopūContra p̄matu P̄p̄s
h̄m̄ vnu ex 4. q̄s vocat,
doctoribus habemus

C cere, non ex.) In prima epistola Petri capite quinto. Sed uidetur Hieronymus paulo aliter legisse, q̄ no-
stra habent exemplaria, in quibus scriptū est ποιμαίνετε πικροκόους, id est pascite inspiciētes. Quāq̄ neu-
trum uerbum, cōmode latinis reddi poterat. Neq̄ enī ποιμαίνω simpliciter est pascere, seu regere, sed pas-
cere gregem: & πικροκοῦν, nō est inspicere cognoscendi causa, quod ea uox significat latinis, sed aduigila-
re, ut de necessarijs prouideas. (Romae siue Eugubij.) Oppidorū nomina sunt diuersis dissita locis. Eu-
gubium in Italia est, Constantinopolis in Macedonia est, haud procul a Thracia, Rhegium in Gracia,
Alexandria & Tanis in Aegypto, sed ita uidetur cōiunxisse, semper celebri urbi, frigidū aliquod oppidu-
lum opponit, colligit enī episcopi dignitatē, non aestimari magnitudine ditionis, sed merito uitae, officio
omnes esse aequales. (Pulegiū apud Indos.) Pulegium herba est in Italia uilis, quod illic passim nascatur,
Apud Indos charissima, quod illic non proueniat. Contra piper, apud Indos uile, quod illic plurimū est,
a nobis magno emitur quia rarum.

ANTIDOTVS. Quod episcopo minus tribuit dignitatis, q̄ his tēporibus uident possidere: nō ad hāc
tempestatē, sed ad eam, in qua uixit Hieronymus referri debet. Si nostros uidisset episcopos, longe aliud
dixisset. Præterea aquare uidetur omnes episcopos inter se, perinde quasi omnes ex aequo apostolis suc-
cesserint, cum id soli tribuat Romano pontifici. Nā aequat Eugubiensem episcopū cū Romano. Nec pu-
tat ullum episcopū alio minorem esse, nisi quatenus superat humilitate. Deinde nō putat, episcopum quo-
uis sacerdote præstantiorem esse, nisi quod ius habet ordinandi. Verum hac olim fortasse uera, nūc ma-
gna ex parte cōmutata sunt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Origenes ex sententia Platonis permittebat sapienti bonoq̄ uiro mendaciū, modo salutare ijs quorū
gratia fieret. Et Hieronymus nō caruit omnino suspitione Origenici dogmatis. Nam huius secutus sen-
tentia in cōmentarijs quos adidit in epistolā ad Galatas scripserat, utrosq̄ Petrū ac Paulū, pro tempore si-
mulatione usos. Petrū cū se subduceret a mensa, superuenientibus Hebraeis. Paulū, cū illū in os acriter ob-
iurgaret, ut per eū alios deterreret. Augustinus igit̄ adhuc iuuenis, blande quidē sed tamē suspiciose Hie-
ronymū admonet de hac re, negans in litteris diuinis ullā mendacij suspitionē esse recipiendā. Deinde nō
pbat ei translationē ex Hebraica ueritate, qd̄ nefas ēē duceret usq̄ a Septuaginta discedere autoritate.

SCHOLIUM.

D Regulā mordacius (ut fertur) tenerent.) Refragantibus licet oibus exemplaribus, lego mordicus, pro
mordacius. Nam mordicus tenere dicimur, quod pertinacius tenemus, nō unguibus solum, uerū & den-
tibus. Neq̄ uero mihi displicuerit, si pro uiam, uim legamus.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

N Vnq̄ æque quisq̄ tam facile cuilibet facie innotuit: q̄ mihi tuorū in dño studio-
rum quæta laticia: & uere exercitatio liberalis. Quāq̄ ergo percipiā omnino te nos-
se: tamen exiguū quiddā tui minus habeo, præsentia uidelicet corporis: quā ipsam
etiā posteaq̄ te beatissimus nūc episcopus: tūc uero iam episcopatu dignus, frater
Alipius uidit, remeansq̄ a me uisus est, negare nō possum, magna ex parte mihi esse relatu eius
impressam: & ante reditū cū te ille ibi uidebat, & ego uidebā, sed oculis eius. Non enī animo me
atq̄ illū, sed corpore duos, qui nouerit dixerit, concordia dūtaxat & familiaritate fidissima: non
meritis, quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus cōmunionē spūs, quo in unū nitimur: de-
inde illius ex ore iā diligis: nequaq̄ impudēter, quasi aliq̄s ignotus, cōmendo germanitati tuæ
fratrē Profuturū, quē nostris conatibus, deinde adiutorio tuo uere pfuturū speramus: nisi forte
qd̄ talis est: ut ipse tibi per eū fiā cōmendatior, q̄ ille p me. Hactenus fortasse scribere debuerā,
si esse uellem epistolarū solenniū more cōtentus. Sed scatet animus in loquelas cōmunicandas
tecū de studijs nostris quæ habemus in Christo Iesu dño nostro: qui nobis multas utilitates &
uiatica quædā demonstrauit itineris, et iam per tuā charitatē nō mediocriter ministrare dignat̄.
Petimus ergo, & nobiscū petit omnis Aphricanarū ecclesiarū studiosa societas: ut in interpretā-
dis eorū libris qui Græce scripturas nostras q̄ optime tractauerūt: curā atq̄ operā impendere
nō graueris. Potes enī efficere: ut nos quoq̄ habeamus illos tales uiros: & unū potissimū, quem
tu libentius in tuis litteris sonas. De uertendis aut̄ in linguā latinā sanctis litteris canonicis, labo-
rare te nollem: nisi eo modo quo Iob interpretatus es: ut signis adhibitis, quid inter hāc tuā & Se-
ptuaginta, quorū est grauissima autoritas interpretatōne distet, appareat. Satis aut̄ nequeo mi-
rari: si aliqd̄ adhuc in Hebraicis litteris & exemplarib⁹ inuenit̄, quod tot interpretes illius linguæ
peritissimos fugerit. Omitto enī Septuaginta: de quorū uel cōsiliū, uel maiore spūs cōcordia, quā
si unus homo esset: non audeo in aliquā partem certā ferre sententiam: nisi quod eis præminen-
tē autoritatē in hoc munere sine controuersia tribuendā existimo. Ille me plus mouet: q̄ cū po-
steriores interpretarent̄, & uerborū locutionūq̄ Hebræarū uia atq̄ regulas mordicus (ut fert̄) tene-
rent, non

2 Origenes ?
1 Platon
3 Hieronim⁹
cūst mens
de mendacio

Amicitia duorū

Narratio patris

Non probat eius translati-
onē ex Hebraica ueritate